


36269

36269

De rebus actis.



f.

36269

B1-B-B3.

b10847611

APOLOGIA

MISCELANEA

E T P R O M I S C V A

A D V E R S V S Q V A E D A M P L A C I T A

cuiusdam Doctoris amici, circa serum lactis et pthysanam. Probatur in ea, serum lactis esse frigidum & humidum, & his noltris temporibus sicut in antiquioribus in magna quantitate conuenire, esque utilissimum, agitur promiscue ad propositum Quæstionis de proceritate Gigantea, atque de longeua antiquorum vita, & tandem declaratur quibus modis pthysanna paretur, esque maximi iuuamenti in morbis accutis & febris ardentibus & stuossis.


Authore Doctore Simone Ramos Medico Hispalensi
& acubiculo Illustrissimi Comitis de Niebla.

A D I L L V S T R I S S I M V M E T
Nobilissimum Dominum, ac Dominum meum Doctorem
Ildefonsum Perez de Guzman el Bueno, Excellētissimi Du-
cis Mettinæ Sidoniæ fratrem, & sanctæ Ecclesiæ
Giennensis meritissimum Decanum,



Vrsiona, Apud Ioannem Serrano de Vargas,
Vreña, Vniuersitatis Typographum, Anno
M. DC. XXII.

Cvella Lib. de C. Bellom, ex lectione



A D I L L V S T R I S
S I M V M E T N O B I L I S S I -
mum Dominum , ac Dominum
meum Doctorem Ildefonsum Pe-
rez de Guzman el Bueno , Excel-
lentissimi Ducis Metinę Sidonię
fratrem , & sanctae Ecclesie Gien-
nensis meritissimum Decanum ;
cuius minor seruus Doctor Simon
R a m o s , M e d i c u s a c u b i c u l o I l l u s
t r i s s i m i C o m i t i s d e N i e b l a , h ā c
m i s c e l a n e a m , s e u m i s c e l a -
t i c a m A p o l o g i a m
c o n f e c r a t .



Go te(Illustrissime Domine)
quem a veo studiorum meorū
fauitorem habere , cum meri-
tis nequeam obsequijs obstrin-
go , & nomen aut numē tuum
in frōte mei libelli typis æreis
affigo ; & quibus possum vin-
culis (præcibus nempe) tantum mihi patrocinium ad
esse

esse compello. Tu audaciæ ignosce, & hominem respici
ce non minus tuum, quam si libra fuisse mercatus &
ære: præsta que ut studia mea qua tibi voluntate dicantur,
eadem a te iuuari, & videant omnes & inuideant
simul; tantoque magis præsta, quanto magis polles &
potes, Vir maiorum splendore & nobilitate cla-
rissime: cui proculdubio (vbi nostros labores probauer-
ris) refragari nemo sanæ mentis audebit, qui tum geni-
tiuam nobilitatem, tum iuditij grauitatem & ingenij
acumen quo præcellis, sedulo & planè æstimauerit.
Quo fit ut pluris æstimemus a te labores nostros, quām
a cætera turba commendari. Præterea cum silentio
transigere sincerum amorem non possim, quo me sem-
per vbiique suscepisti: multa in me collata beneficia; fit
merito ut Talionis visce liberaliter tibi debeantur if-
thec nostra qualiacumque sint adhuc rudimenta. Eius
modi igitur opus, Vir nimium illustris, prisca proles,
Regia; lœta fronte suscipe, & non munusculi pondus,
sed dantis voluntatem exaëte expendens. Artaxerxis
illius exemplo, qui haustam vtraque manu aquam &
proximo flumine a rustico hilaris accepit. **VALE.**

PROLOGVS

PROLOGVS.

SErum & si communiter sit receptum a ferè omnibus medicinam profidentibus, frigidū esse: etiam negantem partem non desunt qui sustineant, Dioscorides præcipue qui calidum esse obnoxie videtur astruere; quem sequuntur alij Paradoxi, quos modo silens, infra abunde impugnabo. Negasti etiam mi Doctor hoc nostro tempore esse exhibendum in quantitate magna, & quamuis apud antiquos fuisse in usu, hoc Medici (ais) exercebant quia ipsorum vires robustiores erant, & ventriculorum calores robustissimi: nostro autem tempore homines debiliores & effeminatores euadunt, ventriculorumque calores debilissimi existunt: argumēto ducto huius debilitatis a proceritate corporum & Gigantea magnitudine quam homines olim habebant quod iam defuit naturæ.

PROLOGVS.

Plautus.

*Nulli est hominum perpetuum bonum
Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum.*

Et longeua ætas qua antiquis temporibus homines fruebantur idem confirmat.

Seneca.

*In nos ætas ultima venit
O nos dura sorte creatos.*

Anilis certe quæstio & vmbra tiliis difficultas apparet, inuenisti fortasse authores, accutissimum silet Iaubertum & facundum Manardum, politicæ literaturæ & eruditionis, illum de sero hunc de pthy sana agentem: vterque aures tuas styli concinitate veluti Sirenum cantu demulcens, animum tuum inquinauit, satius fuisset tibi abstinere ab illis, alias doctissimis & exercitatissimis viris, quam ob spem du biam immitandi stylum, talem doctrinam inculcare. Quid ergo ego sentiam, in hac Apologia typis excusi prescribo. Huiusmodi opus, quod diligentia mea & amicorum hortatu peperi, non suprimendū, abolendumque esse, mihi in animum induxi; tantū illud suprimendum esse censui, dum docti alicuius amici iuditium & censuram subiret, & mihi ad ea quæ ruria inchoataque essent perficienda, & quædā quæ subinde displicerent, recudenda, otium aliquando, inter in numera quibus diuehor molestiarum examina, & importuna negotia concederetur. Ex longeo istius montis partu, si quid adhuc abortiuum exic-

PROLOGVS.


2

exierit, exoro ut ope sua sapientes in forme & abortiuum afficment, præclaroque iuditio maturent. Sic enim mihi iocundum erit per gratum ac frugiferū;
tantum enim ab est, vt errata quæ admisserim, repræhendi & emendari ægreferam, vt potius tanquam il
lis qui erranti viam commostrauerint, præ-
sidiaque salubria exhibuerint, gra-
tiam planè sim ha-
biturus.
(?)



DISPVTATIO
PRIMA,
DE SERO.

Vtrum sit calidum, an frigidum.



D Rem igitur venio , in
qua, ordine seu methodo
referā & in lucē forte tra-
hā aliqua quæ vsq; adhuc
(quod saltim sciam) claro
occulo conspecta fuerint
& ventilata . Sed cum nos
clarè in vno quoque pro-
cedere cogat cōsiliij ratio,
& vt harum quæstionum sigillatim rationem per-
scrutemur, ex authorumque sententijs , & ex natura
ipsarum rerum penetrabilibus veritatem eruamus,
a temperamento seri initium faciendum prius du-
xi, & in limine vnica conclusione declarare
quid sit opinandum , quæ
sequens est.
(?)

C O N.

C O N C L V S I O
De Temperamento.

Serum lactis est frigidæ & humidæ temperatu-
ræ; quæ conclusio sic roboratur. Lac ex tribus
diuersis partibus componitur; sive ex buti-
ro quod temperatum est, & excaseosa parte, quæ pa-
rum ad frigiditatis latus deuergit. & ex sero: ergo si
serum calidum esset, vniuersa lactis substantia, cali-
da potius quam frigida redderetur, cum constaret
duabus partibus calidis, butiro sive & sero & vna
casseosla, quæ parum in frigiditatem inclinat, sed
lac esse frigidum sentit vniuersa Medicinæ schola,
& est communis omnium opinio ab ipso vsu edoc-
ta: ergo propter seru remanet frigida tota lactis sub-
stantia in manifesto gradu.

Secundo, si serum calidum esset, quo seriosius lac
esset eò calidius, sed asinimum, quod maximè sero-
sum est, valde frigidum est, alioqui præceteris in hæ-
ceticis non eligeretur, ergo serum frigidum esse ne-
cessario concedendum est.

Tertio, confirmatur cotidiana experientia, cum
ad compescendum bilis feroarem, ad scabiem & a-
lios affectus cutaneos, qui ex adustis humoribus or-
riuntur, ipso utramur, & ex eo insignem utilitatem
ægri percipient.

Sed contra hanc nostram assertionem insurgit a-
liquis adducens Galen. authoritatem qui calidam
& acrem qualitatem lacti ex sero in esse dixit, pin-

*Tertio, de
alimentorum
facultatibus*

C
guem

Apologia Miscelanea.

16. *agens de
oxigalacte.* quē verō & mediocriter calidam, a butiro, reliquum omne frigidum esse ac succi crassi demonstrat.
Hac certe de causa, inquit, oxigalac quidem si in ventriculo non coquatur, nunquam in nidorem vertitur potissimum si in biliosissimum ac feruentissimum ventriculum inciderit, nec amplius calidam acremque qualitatem ac facultatem retinet, quam lac a sero habet, nec pingue et mediocriter calidam, quā lac a pinguedine quæ sibi inest, possidebat.
Præterea serosa lactis portio ventrem mouet, crassosque sucos attenuat, detergendi degerendique facultatem possidet: ergo seri caliditas obscura non est, siquidem has facultates in alijs quam calidis medicamentis inueniri non licet: nec frigidum vocari potest quod vim obtinet purgandi.

Lib. 12. P^a. Hoc argumentum ita accutissimum Iauberum paradoxarū. fefellit ut ipsum reponere sententiam cōuicerit, quā in principio paradoxæ sequutus erat, sed facile quis libet respondere poterit authoritati & argumento sic: quod multa quæ ex varijs constant partibus, quæ iuxta qualitatem cæteris prævalentem frigida dicuntur, non sunt caliditatis penitus expertia, sed eam respectu frigiditatis habent per exiguum, à qua tamen, tametsi pauxilla ad modum in sero sit, & latitans quædam acredo, attenuandi, detergendi, ac ventrem subducendi vis oritur: Quæ caliditas partibus nitrossis quas habet ad mixtas correspondet, quibus hæc munera explet. Nitrossa enim parte expurgat,

gat, tenui & calida de obstruit remanens in vniuersa latitudine sui temperamenti frigidum & humidum.

Vtrum, debeat concedi in magna quantitate præcipue Hispalensibus?

HAEC Quæ scripsimus ita sunt manifesta; & authoris sententijs circum vallata, ut ampliori probatione non indigeant. Solum tuum obicem seu scrupulum remouere conueniet, quod erat.

Vlige ret **H**ispalensibus cōcedi, his præcipue temporibus in quibus in magna saltim quantitate dandum formidabas scrupulus quo tota res opido turbari & obscurari videtur sequens erat. Hispalensium ventriculi debiles valde sunt, hippochondriaci fere omnes, caloris exigui; sed etsi ab antiquis Medicis nimia seri quātitas ægris offerebatur, tunc erant homines natura robustiores attestantur hoc alterationes generis humani, imbeciliorē enim humanam naturam nostris temporibus esse quam anteā, non solum circa corporis robur, sed circa vitę spatia animaduertimus. Credendum enim est calorem cælestem in materia conclusum, circa initia longè magis vehetum esse quam procedente tempore; ob mixtionē enim materiæ debilitati opportet quāto magis a principio distat mundus. (Liceat nobis hic aliquantis per bonis litteris immorari in tui placiti confirmationem.) Mundus enim creatus à Deo optimo & maximo, & demum interitus, vel nouā a puri-

Apologia Miscelanea.

a puritate faciem accepturus, præter quām quod a sa-
cris scriptoribus citra errorem creditur; etiam ipse
suam nācem sensim aduentantem, vel hoc maximo
argumento demōstrat; quod homines nunc breui-
ores statura æducat, qui resens dum esset, & floren-
te iuventa maximos & proceros protulit in cuius
confirmationem lepide Esdras, lib. 3. locutus sic fuit:
*Nunc mater nostra de qua dixisti mihi adhuc iue-
nis est iam senectuti appropinquat? & respondit ad
me & dixit interroga eam quæ parit & dicet tibi;
dicis enim ei, quare quos peperisti, nunc non sunt si-
miles ijs qui ante te, sed minores statura? & dicet ti
bi & ipsa. Alij sunt qui in iuuentute virtutis nati
sunt, & alij qui sub tempore senectutis deficiente
matrice sunt nati: considera & tu quoniam minori
statura estis præ ijs qui ante vos, & qui post vos mi-
nori quām vos, quasi iam senescentes creaturæ &
fortitudinem iuuentutis prætereuntes.*

Sed non solum Gigantes fuile sacra narrat histo-
ria, Sanctorumque sententiæ attestantur, quam plu-
resque AEthnici scriptores; sed nec minus vetusta
desunt effosorum ingentium cadauerum exempla.

Grandiaque effossis mirabitur ossa sepulchris.

Virgilii. 1.

Georgicarū

Litterarum namque monumentis proditum est Cle-
mentis Pontificis Maximi tempore, Romæ inuen-
tum

tum fuisse Pallantis corpus tantæ proceritatis, ut murorum urbis pinas erectum vertice pertingere posset. Nec verò si huius magnitudinis cadaver effossum credamus, Pallantis quem Turnus occidit existimandum erit eo quod Virgilius eius corpus exustum fuisse dicat.

Arfurasque comas obtinuit amictu.

II. *Aenei.*

Hodie etiam Venetijs (vt aiunt) in cruciferorum Ecclesia affluatur os femoris Divi Christophori, tantæ magnitudinis, vt eorum quæ de huius sancti viri proceritate legimus, fides vissu astrui possit. Causam cur nostra ætate non generentur, & cur minus homines vivant, & debiliores in dies sunt mundi esse senectam supra dicebamus. Plinius hoc exustioni ascribit: sic enim ait de hominis proceritate loquens. *In plenum autem cuncto mortalium generi minorem in dies fieri prope modum obseruatur, rasosq; patribus proceriores, consumente libertatem seminini exustione, in cuius visces nūc vergat æuū, quam rem & Virgilium animaduertisse crediderim, dum & frugum semina degenerare, minoraque in dies fieri cecinit.*

*In Valentia
na Ciuitate
obseruatur
eiudem Sæ
cti, molla v-
na, magnitu-
dine vnius
pugni.*

Vidi lecta diu, & multo spectata labore

Degenerare tamen ni vis humana quot annis

Maxima quæq; manu legeret sic omnia fatis

4. *Georgie.*

D

In

Apologia Miscelanea.

In peius ruere, ac retro sublassa referri.

Mundi igitur senectutem aduentantemque exustionem ex qua siccitas inuehitur, seminumque vberatatem atque innatam vim caloremque insumptum, decrementi causam esse afferunt non nulli. Quæ res Empedoclem impullit afferere ut sui æui homines præ illis primis, instar obtinere infantium (ut Plutar cus scriptum reliquit) affirmare non sit veritus.

*Plutane. lib.
5. de placi-
tis philoso-
phorū, c. 27*

Præter hæc, longa antiquorum ætas idem confirmat. Habent enim omnia quæ sub cælo sunt ætates, hoc est insignes quasdam mutationes in ipsis continentibus per quandam etiam abusionem & similitudinem, vita carentia ætatibus metimur idest mutationibus quibusdam evidentibus a quibus non sunt immunita, quamvis in evidentiores eas habeant quam viuentia. Non enim statim a prima generatione summa sunt cosequa perfectionem, sed temporis tractu tum perficiuntur, tum ad corruptionem properat. Vide hoc in theriaca & compositis medicamentis, in quibus ætates agnoscunt Galenus & Auicena; iu niorem vigentem & senescensem; in iuniori præualeat papaueris succus, in vigenti perfecta est forma virtute compositionis præter vires simplicium tributa, in senescente vero vtraque virtus exoluitur & veterascit. Sed quoniam animata, præcipue homines evidentiores habent huiusmodi mutationes de quibus nostrum est institutum agere, nihil mirum sui species seu naturas ipsorum per ætates veluti per terminos quosdam in quibus mutationes apparuerunt, metia-

mētiāmūr. A temporibus enim Adami usque ad tē-
pus Abrahæ vixerunt aliqui 900. & plures annos.
Tempore Moysis minus multo viuebant, vt ex Deu-
teronom. cap. 81. constat: cum enim causam redderet
cur illi mori oppoteret, nec posset amplius viuere,
dixit; Centum viginti annorum sum hodie non pos-
sum ægredi, & ingredi, hoc est laborare & militiā
exercere . Tempore Dauidis Regis, multo iam e-
rant minores ætates ; in Psalmo enim sic inquit.
*Vita hominis septuaginta anni, in potentatibus oc-
tuaginta, amplius labor, & dolor.*

Sed vt ad propositum reuertamur, & ad locum vn-
de hæc nostra exiit digressio, dicebas mi Doctor his
nostris temporibus calores natueros ventriculorum-
que robur præcipue Hispalensem (vt pote qui ni-
mis delitijs sunt asueti) ferre non posse quantitatem
illam seri magnam, quam olim antiqui Medici offe-
rebant, omnia enim in dies decrescunt & imminun-
tur, & in dies naturæ veterascunt , & homo pingui
ceruice armatus aduersus suam ipsam naturam cucu-
rrit, & dum fortitudinem delitijs & voluptatibus ra-
pere vult, impetu suo frustratus & elusus, intempe-
rantiae suæ pondere quodam proruit, & in infirmita-
tem & morborum labores quotidie incurrit, & quod
peius est, innanibus & inflatis viribus in sua intempe-
rantia quotidie permanet, & veluti impellēte fastidio
suę vitę, a se ipso in insanabiles affect⁹ propellitur, &
vt Apulei Platonici verbis vtar: *Homines quidem*

sunt

sunt ratione plaudente , oratione pollentes , & immortalibus animis , sed moribundis membris , leuibus & anxijs mentibus , brutis & obnoxijs corporibus , dissimilimis moribus , similibus erroribus , audacia peruicaci , casso labore , fortuna caduca , suggillatim mortales , volucri tempore , tarda sapientia , cita morte , hodie plusquam primis temporibus , Sufficiant hæc . Cuncta enim velle rescensere , quæ de hoc instituto a multis enarrantur hautdubie erit quantum illud Persi impossibile .

Perf. sat. 5. Sambucam citius caloni optaueris alto.

Sed circumcisiss cunctis ambagibus , ne fastidium pareremus Lectori , vt & insistamus simul consilij nostri rationi , dirutis pariter tuis fundamentis , Galeni & Hippocratis doctrinam insignem , a grauissimis quibusque viris serio semper amplexam , erigere & conservare omni arte studebimus . Atque ita vestigia illorum insequentes , concludimus .

*C O N C L V S I O
De quantitate Seri.*

SErum lactis in magna quantitate egrotantibus , exhiberi debere .

Hæc conclusio præter quam antiquorum authoritatibus confirmabitur , est etiam ad mentem nouorum nouissimorum

nouissimorumque authorum, Manardi silecet Fer-
nelij, Mercurialis, Vallesij, Amati, Augenij, Trinca
ueli, Falopij, Massariæ, Braui, mei numquam peni-
tendi magistri, omnium denique huius temporis
Medicorum quos omnes (si vera non fuisset) pec-
care necesse est, dum nostram opinionem multis an-
nis post Hippocratem, Galenum & Auicenam cete-
rosque clasicos authores expertam & obseruatam
viderunt.

In primis ab Hippocrate initium faciamus: quan-
ti ipse serum in magna quantitate habuerit ad Hip-
pocondriacos affectus ex his verbis videre licet:
Si Hippocondrium distentum fuerit, comprime- 6. Epide. 2.
secl. tex. 32
re manu & lauare, & aquæ rescedentis a lacte,
octo cotillas bibendas dare, &c. Et in affectu flatuo-
so & frigido exhibet, nam propter participationem
acriū partium est expurgans & abstergens de ob-
struens & vrinam mouens, quare in dictis affectibus
maximi est vssus, iubet vero octo cotillas dare, sunt
octo cotillæ libræ ferè quatuor, quas Hispane vo-
camus, *Vn açumbre*, cuius remedij vssus omnibus
humoribus adaptatur; & in intemperie etiam frigi-
da adhibetur *vtimur* verò eo, ait Vallesius in huius Valles. in eo
textus commentario, nunc simplici, vt cum obstru dem cōmen-
etiones cum calore aliquo præter naturam siue fe-
bricula consistunt; nunc vero composito, vt cum
sunt cum frigida materia & intemperie: tū enim
ad pituitam admiscemus illi mel & salem; ad me-

Apologia Miscelanea.

*lancoliam infundimus quæ eum humorem possint
extrahere. Et parum infra, quantitatem exponit quā
suo tempore offerebat ipse. Seri autem duas coti-
llas s̄epe dedi ad expurgandum paulatim, vt per a-
liquot dies cotillæ duæ summo mane acciperentur,
nunc amplius nunc cum aliqua infusione; atque ad
expurgationes copiosas, in sero lactis medicamina
bene purgantia dissoluo, sunt duæ cotillæ, vñ quar-
tillo y dos onças, capit vna cotilla vnci.9.*

*Lib. de salu- Scribitur etiam a Galeno solere offerri, ante ip-
bri dieta, cō sum quantitatē magnam. Erat tamen maioribus
mē. 18. in fi. in v̄ssu si quando lactis serum vtendum statuisset,
magna copia offerre.*

*2. ad Glauc. Et in Cancri curatione serum pro cibō abundan-
ter exhibendum commendat. In victus verò ratio-
ne succus pthisanæ, & serum lactis abundantanter
exhibendum.*

*Oratius Augenius insignis eruditionis vir, non
solum non prohibet, verum ne labefactet, magnam
exhibit quantitatē timet enim in pauca exhibi-
tum, retinendum nimis in ventriculo, & fatus ele-
uandos qui sint labefactionis causa ; ait enim:
Verum diligenter animaduertendum est in seri v̄s-
su ne illud exhibitum refineatur cum humectet ac
refrigeret viscera naturalia , hoc enim maximi
cuiuspiam mali causa foret, nam cum humectet &
refrigeret*

refrigeret viscera naturalia, nimium labefactaret
et preterea flatuossi spiritus copiam gimmeret;
quam obrem ne hoc ipsum contingat, magna quantitas exhiberi debet.

Amatus in suis Centurijs confirmat dicens:
*Inter medicamenta quae olim antiquitas procienda
alio utebatur, aqua lactis adnumeratur, cuius dos
sis ad Heminas, hoc est libras quinque accedebat
proinde mirari non est, si nos hodie quoque ad pris
corum immitationem, pro hac leuanda affectione,
et corporis mala intemperie demenda, eo dicto mo
do ussi simus quae et pueri et mulieri et seni ci
tra omne periculum exhibetur, et in caniculae esti
bus intrepide datur, quia natura sua lenis ac frigida est.*

Cent. 11. cu-
rat. 10.

Maffarias de eodem sic loquitur *Medici veteres,*
*sero uti consueuerunt multis modis et ad multos
ussus, sed tamen illa videtur fuisse præcipua ra
tio, quando illud copiose propinabant, quam copio
sam mensuram Dioscorides videtur determinasse
ad libras quinque circiter; ad quam mensuram ego
sane familiariter uti sero consueui, et scio multos
hoc tempore feliciter uti.*

Cap. de feb.
ardente.

Falopius, sic doſſis autem pro pueris est duarū
hemi-

Cap. de Seru

Apologia Miscelanea.

heminarum id est viginti unciarum, tantum enim pendet, & erunt quatuor cyathi. Adultis vero exhibentur quatuor heminae & quadraginta unciae, quae efficient septem, vel octo cyathos, & tantam quantitatem soleo ego exhibere & exhibeo, eo modo quo docet Paulus & aly. Quid plures? videat qui vollet per otium cæteros quos circaui.

Cum autem omnium fere remediorum artis post sanguinis missionem & purgationem, efficacissimum sit serum, & quasi principatum tenens in profligandis præcipue viscerum intemperiebus calidis, & in affectibus id postulantibus ritè & opportunè administratum in magna quantitate: opere pretium ideo nos fecisse putamus authoritates sapientissimorum virorum, & classicorum authorum decreta ipsa adhuc locum transferre, & in hoc compediolo ipsorum nomina prætexere est enim benignum (ait Plinius) & plenum ingenui pudoris fasteri per quos profecimus. His ergo si libero fueris animo acquiesces, sin aliqui sectæ adductus fueris, semel atque iterum per legas, bonumque in legendō animum adhibeas, & si adhuc dubia occurrirent, ea potius perficere quam infirmare studeas, nec quæras aliam certitudinem in causa ita euentibus bonis confirmata, & maximè hucusque inter omnes experta, sed quam futilis sint tuæ rationes videbis modo, quod primo opponebas versabatur circa Giganteam generationem, de quorum historia, & opinionibus

nionibus multa perferuntur quæ in hac disputatio-
ne videtur importuna: *Quid enim cū Valneo Canis?*
At quia a materia futili multoties ad altiores litte-
ras licet ascendere, nunc breuitati studens, aliqua
dicam de Gigantum exortu, quæ ut physica
fortasse placebunt, & tuis obijci-
bus obiter satisfa-
ciemus.

(?)

*



F

D I S-

DISPVTATIO

De Gigantum exortu, de qua
promiscue hoc loco agitur ad
propositum primę du-
bitationis de seri
quantitate.

Valles.lib.
de sacra phi-
losophia 8.

D.Th. I.p.
q.50. arti. I.
Ouid. I. faus-
torum.
Li. I. degeſt.
Alexandri.



Vlti sunt qui affirmant dæmones in succubi forma, virili semine accepto, eodemque sub imagine incubi, insulcos mulieres eiaculato Gigantes ipsos genuisse. Dæmones enim talia per agere docet Vallesius, & præter hanc dæmoniacam Gigantium generationem, sunt etiam multi qui ex muliere, & incubo dæmoni nati, communi statura creduntur, vt Hercules & alij quos semideos vocavit antiquitas, vt inquit Diuus Thomas ; Romulus ex Rea & Incubo Martis nomine procreatum fuisse ait Ouidius.

Alexandrum Magnum ex Olimpia & hamnone refert Quintus Curtius. Nec desunt (ait Martinus del Rio) qui luterū in hac classe retulerint, & ante sexenium

sexenium in primario Brabantiae opido punita
fuit mulier, quod ex dæmone peperisset. Et nostris
etiam temporibus id contigisse Pater Ludouicus
Molina Societatis Iesu prodidit, & complures alij
diuersarum gentium scriptores, allatis exemplis
confirmarunt, legatur Maiolus in suis caniculari-
bus diebus huius argumenti diffusus & veridicus
narrator.

Sed hoc & causam hanc ortus Gigantium com-
mentitiam esse videbitur alicui, cum dæmones ca-
reant corpore & appetitu sensitivo, quare rem vene-
ream cum mulieribus negavit expresse Eugelius.
Natura (inquit) fieri non potest, nec assentitur
philosophia, spiritus corpore nudatos amore fæmi-
narum capi, aut ex eis generare posse, nam ubi non
est cibus & potus non est sperma, ubi non sit qua-
renda successio & propagatio, non adhibuit natu-
ra cupiditatem generandi. Dæmones ergo, nec fi-
guris videri vñquam possunt, nec ullos mortalium
amant, nec vlla corporalis pulchritudinis specie ca-
piuntur, nec musicis concentibus delectantur, nec
congregi possunt cum mulieribus, multo minus ge-
nerare.

Cogit argumenti futilitas me plura quam velle
in re innani & spurca refellenda verba insumere.
Respondendum ergo est, dæmones haec omnia si-
mulare, mirisque modis ementiri, vt nobis se se in-
ferant, & ita a veri Dei cultu & legum tum diuinæ,
tum

Maiol. tom.
1. colloquio
2. de homine

Eugel.lib.8.
de perenni
philosophia.

Conclusio,

Apologia Miscelanea.

tum etiam naturalis, obseruatione homines auer-
tant, possunt enim defunctorum corpora assumere, vel de nouo sibi ex aere, & alijs elementis ad car-
nis similitudinem palpabilia effingere, ac formare,
& quem natura non habent sexum artificiose exhibere & viris specie fæminea, & fæminis specie vi-
rorum & has subiçere & illis substernere, vt pro-
bat optime diligentissimus disquisitor rerum magi-
carum Pater Martinus del Rio supra citato. Et cito-
In colloquio
3. de sagis. tatus Maiolus varijs & peregrinis historijs, idem con-
firmat inter quas de Magdalena Crucia Cordubens
si, multa profert.

Sed quod magis urget in conclusione proposita
illud est, an ex tali congresu proles nasci possit cū
hoc fieri non possit absque seminis maris & fæmi-
ne decisione; & si quæ seminis decisio in hac co-
pulla a dæmone causatur, non veram, sed delusoriā
esse nullamque sagis ad ferre voluptatem creden-
dum est, & vt ait Remigius his versibus.

*Remigi. lib.
2. perioch. I.* Itur in horrendos amplexus iungitur impar
Absurdo coitu venus irreditura nefandos.

*Solutur dif-
ficultas:* Ad quod respondendum, quod quando dæmon
causa generationis non accedit sic contingere; sed
quando ipse vult Deo permittente, in congresu ad
hibet instituto necessaria, & semen prolificum quæ-
rit, aliunde carnali actu decissum, & inuentum con-
seruat, ac magna celeritate profert, ac fouet, ne vi-
tales

tales spiritus euaporentur, & tunc quando ac quale
opportet, infundit. Docēt D. Augustinus & D. Tho-
mas. Quare cum naturale possit esse Gigantes ex
seminis potentia procreari; poterit dæmon eo vti,
eligens homines calidos & robustos, & multo semi-
ne abundantes quibus succumbat, deinde mulieres
similis conditionis, & amplissimum uterum haben-
tes quibus incumbat, & illud semen acceptum im-
mitti, & sic Gigantes procreare.

Potest etiam contingere absq; dæmonis concur-
su Gigantes nasci, vel a Gigantibus parentibus, vel
etiam ab alijs qui Gigantes, non sunt dum tamen se
mencrasissimum & calidissimum habeant, spiriti-
bus affluens, & seri experient, quæ fætum faciunt
ex crescere. Et præter hāc causam aliæ plures inue-
niri poterunt adipiscendæ proceritatis: videlicet
fortitudo & potestas formatiæ virtutis, amplissi-
ma alimonia, alii etiam amplitudo, quam obrem al-
io ampliori præditæ mulieres quāquam humiles,
fætus edunt maximos & proceros; & ita verum est
quod inquit D. Augustinus Romæ paulo antea quā-
a Gothis urbis excidium fieret, mulierem Gigan-
team se vidisse, cum tamen parentes eius reliquis Dei, cap. 23
hominibus æquarent.

D V B I V M C I R C A
proceritatem, & circa vitam longeuanam.

Sed cū hoc ita sit, quod possint hęc naturaliter co-
stingere, cur nostris temporibus sicut in antiquo
- in gen. **G**ribus,

D. August.
3. de Trinit.
D. Tho. sen-
tent. 2. dist.
8. & 1. p. q.
51. & in co-
lige. 7. q. 10.
Docet idem
malus male-
ficorū lib. 1.
agens de in-
cubis & suc
cubis.

15. decivit.

Apologia Miscelanea.

ribus, idem aliquando euenisse nunquam videmus,
& nec corporum proceritates, nec ita ætates longe
uæ conspiciuntur.

Quantum attinet ad priorem huius dubitationis
partem de proceritate; videndus erit doctissimus
Pater Pereira Societatis Iesu, qui eruditè &
Tomo 2. in doctè primo refellit eorum sententias, qui Gigâtes
Genesim, li. quos scriptura potentes a sæculo, & viros famosos
8. cap. 6. appellat, dixerunt non fuisse veros homines, sed dé-
mones, & eorum sententiam excludit, qui licet ve-
ros homines, fuisse affirmauerint, eos tamen a dæ-
monibus, vel ab Angelis procreatōs crediderunt;
quod nos abunde satis supra disputatum relinqui-
mus. Probat etiam ex Dñ:o Augustino, post aduen-
tum Christi fuisse etiam inuentos homines Gigan-
tes ab alijs hominibus communis statura generatos,
vt de muliere Gigantea ab ipso sancto vissa com-
probatur, eos tamen non passim, sed raro conitgi-
se credendum est, & ideo admiratione semper fuis-
se. Causæ autem cur primis temporibus hoc frequē-
tius contingeret, præter bonam virtutem & paren-
tum dispositionem, potuerunt esse regionum ferti-
litas, & cæli & siderum influxus, bonitas etiam con-
stitutionis & temperationis humani corporis qua-
tunc vigebant non dum morbis vitiata ac debilita-
ta, natura. Nunc autem conditiones istæ quæ ad Gi-
ganteam proceritatē naturaliter requiruntur, prop-
ter elementorum corruptionem & impuritatēm ra-
ro inueniuntur, naturaque ipsa indeterius labitur,
& in dies senescit, qua de causa ultra communem
magni-

magnitudinem non generantur homines ita communiter sicut in pristinis temporibus.

Vnde patet hic responsio ad locum Esdræ cuius authoritas in libro 3. & 4. est non sit ut sacra scriptura recepta ab Ecclesia, tamen tanta fides illi adhibetur quanta authoribus Theologis primæ classis ascribitur.

Sed fortasse iterum aliquis instabit, si hæ causæ assignantur propter quas his temporibus Gigantes non generentur, sequeretur quod nec statu ram cōmūnem possent conseruare, quinimò in dies minorari esset necessarium, tandemque consumi: tum vel maximè quia humido radicali amissio, non potest æque bonum aliud per nutritionem instaurari, ex quo fit ut nunquam pér nutritionem parentes eque bonam materiam fætui generando præparent, vt a suis progenitoribus ipsi acceperunt, atque ita debiliorem semper materiam res genitæ accipient, & quod tandem virtus generatiua deficiat.

Sed hæc argumenti ratio innanis & vacua est, quia licet per nutritionem recuperare nō possit homo ita perfectum humidum radicale ac illud quod amissit: tamen concurrentibus alijs causis naturalibus, fauenteque cælo potest pater filio communica re perfectiorem cōplexionem quam ipse habebat, quod experientia quotidie compertum reperimus; præsertim cum natura ex instituto intentet individuorum pulchritudinem, quam Garopius in sua Gigan tomachia ex Homeri sententia colligit longitudinem homines pulchri debere esse quatuor cubitum

*Antharitas
Esdr.in li.3.
¶ 4. non est
canonica, sed
habet mag-
nā authorit.*

Solutio.

*Capite de
pulcra longi-
tudine.*

torum

torum & latitudinem unius cubiti, ut si, vel excedatur longitudo, vel deficiatur ab ea, & similiter si excedatur latitudo, aut desicatur ab ea, vitia subordanter pulchritudinem corruptentia. Quæ sententia ita placuit Hieronimo Mercuriali, ut inter alias tantum *In arte Gimnastica, lib. de decoratio ne, cap. 6.* quam meliorem istam amplectatur in suis de arte libris, & terminatam istam longitudinem & latitudinem in quantum potest, perficere conatur ipsa natura, cum semper amet pulchritudinem & turpitudinem abhorreat.

R E S P O N D E T V R ad secundam partem duabitationis.

Psalm. 89. **A**D Illud autem, quod ad longeuitatem vitæ pertinet respondendum est, quod quamvis in mundi infantia & iuventa homines aliqui vixerunt nouingentos annos, alij sexcentos, alij quingentos, hoc dispensatione diuina contingebat obmundi necessitatem, usque dum in eam multitudinem quæ replere posset terram creuerunt, sed cum mundi necessitati satisfactum est, lapsa est natura in constitutos a Deo fines. Itaque vebra illa, erunt dies illius centum viginti annorum, naturale viuendi legem & ampliorem latitudinem illius continent illa verba: Crescite, & multiplicamini, & replete terram, benedictionem & legis illius dispensationem largiun-

giuntur, & hanc potissimum esse causam longæui-
tatis iudico.

Sed doctissimus Pater Pereira septem proponit,
quas adhunc locum transferre placuit. Prima est
bonitas constitutionis, & temperationis corporis
humani, nondum morbis vitiata, ac debilitata na-
tura.

Secunda, sobrietas & continentia in victu &
potu.

Tertia, præstantia alimentorum ob eximiam
bonitatem & færacitatem terræ, quæ tunc erat.

Quarta, quod Adamus perfectè nouerat natu-
rales vires & proprietates herbarum, & earum
cognitio maxime apud primos homines ab eo edoc-
tos viguit.

Quinta, quod Deo ita disponente super regio-
nem illam fuere valde benigni & salutares aspec-
tus siderum cœlestes.

Sexta (quæ a nobis iam adducta est sicut) ut
per longæuam vitam posset multiplicari genus hu-
manum.

Septima, ut diu viuentes homines Deo permit-
tente possent reperire artes & scientias ad necessi-
ties utilitatesque vitæ humanæ, & ad nostri in-

Apologia Miscelanea.

tellectus perfectionem. Hæc Pereira.

Sed si namus ista iam conclusa , & reuertamur ad medica, quia non de futuros ominor, quia ubi cons- pexerint Medicum argumenta Theologica & sacræ Scripturæ tractare, confessim exclament: *Ne sutor vltra crepidam,tum id.*

Homerus: *Quam quisque norit artem in hac se exerceat,*
Quod medicorum est promittant medici,
Tractent fabrilia fabri.

Epist. 84. Sed me ab hac culpa liberabit Seneca, qui argute satis ait; *Apes enim immitari debemus quæ vagā tur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt, deinde quidquid attulerint disponunt, ac per fauos digerunt, sic nos debemus quæcumque ex diuersa lectione concessimus separare, deinde adhibita ingenij nostri facultate, in unum saporem, varia illa limenta confundere.*

D V B I T A T I O
secunda. De ptissana.

*E*xposui in superioribus qua potui maxima dili- gentia quæ de sero tibi fortasse latebant & me dicamentum hoc ab aliquibus iam neglectum a má cipio

cipio & captiuitate & tenebris in lucem & usum
conferre pro meo posse conatus sum, & in pristinū
honorem & dignitatem restitui, tot ergo tuæ pri-
mæ dubitationis, & (vt ita dixerim) Hidræ capiti-
bus amputatis; alia subinde tibi nascitur & pullulat
difficultas diuersa de ptisana, ad quā transitum nos-
tra facit oratio. In genue (vt Titi Liuij verba detor-
queam) illud mihi accidisse fateor, quod ijs qui pro
ximi littori vadis inducti mari pedibus ingrediū-
tur, quidquid enim progredior in vastiorem me al-
titudinem inuehi video, & crescere pene opus,
quod prima quæque perficiendo minui videbātur.
Sed pergam nihilominus, nec terga vertam &
annuente Deo quod restat iter, & paucis antea pedi-
bus tritum, conficiam. Me autem qui in omnibus re-
bus, his præsertim quæ ad medicinam faciendā per-
tinent, veritatis studio semper exarci, ab hoc insti-
tuto dimouere non poterit illud, quod eos ad veri-
tatem reuocare difficultimum sit, qui opinionem tuā
iam diu in sequuntur; spretaque Galeni doctrina, no-
ua amplectantur, arbitrantes se humanæ vitæ impe-
ratores, & proceres esse & Athlātes medicinæ. Spe-
ro tamen te qui veritatem sincere amas, amplexurū
posthac & custoditum ea quæ verissima esse sum
demonstratus, demonstrataque a lacri animo prō
ptius in sequuturum. Cum ergo probare tantum mo-
do mihi in animo fit, utrum ptisana in morbis accu-
tis conueniat, relictis pluribus quæ ad meum non
pertinent institutum, solum de ptisana hordeacea
me

*Titus Liui.
initiodecad.
4.*

Apologia Miscelanea.

me loquutum propono; qui enim scire cupuerit
vnde nomen cotuplex sit, & alia scitu digna, legat
Augenum qui diffusse de hoc disseruit. Vertamus
nunc ad stilum & videamus utrum conueniat ptis-
sana hordeacea in accutis & stuolssis passionibus.
Pro negante parte Manardus afferit argumenta.

1. epistol. 1. I Apho. Primum capit ex consuetudine cuius magna est
vis in ratione victus bene instituenda: *Quæ enim*
longo tempore consueta sunt, licet sint deteriora,
minus molestare insuetis solent. Consuetudinem a-
2. Apho. 50 limentorum, naturæ æquare Galenus ait. Cibi ac
potus naturam aduentitiam efficiunt maximè qui-
dem in ventriculo, cum hoc verò & in alijs parti-
bus, nam et si quam maxime vincantur & trans-
mutentur a corpore, ipsum tamen quodam modo
pro sui natura disponunt.

Ergo ptisana nostris temporibus non vtendum
erit ut pote insueta & qui respuunt eam bene agūt
propter insuetudinem.

2. Apho: Secundo in suavitatem illius, ægrotantes tolle-
re nō possunt, alia vero quæ in usu eius loco nūc
sunt, non ita æquè bona, minus displicant ægris,
Parùm deterior cibus, aut potus verum suauior,
melioribus, sed minus suauibus est anteponendus.
7. Epid. Quare Hippocrates gratificandum ægrotis monet,
in purgationibus cibis & potibus. Nec hoc ad gra-
tiam solum fieri ægroti docet Galenus, sed veluti
eius

eius utilitati consulendo , quia quæ cum voluptate suscipiuntur, ventriculus optimè amplexari consuevit & facilius cōquoquere: vnde venit illud in Proverbiū: *Quod sapit nutrit.* Atque ē cōtrario, quæ displicant, refugare, nauseas inflationes & fluctuationes inferentia; indeque fieri magna ex parte , ut cibus qui erat paulo deterior, non talis maneat, sed interdum melior euadat ; ergo damnandi non sunt qui ptissanam non dant, præsentim ijs quibus est in suavis.

Tertio, si ptissana conueniret in passionibus acutis calidis & siccis, hoc saltim tempore dari non potest , quia hordeum non habemus ad eam conficiendam idoneum, nec ullum inuenies qui recte parare nouerit, quare reprehendit Galenus sui temporis coquos, quod male ptissanam pararent, & crudā contunderent, & amilum adiicerent ut succum copiosiorem præseferret.

Video autem a coquis omnibus ptissanam pef- 1. de alime
sime parari; in mortario namque crudam ipsam tū to. facul. 9.
dentes, non ad ignem coquentes disoluunt. Sunt
qui amilum etiam injiciant; Ut per coctionem in
chilum copiosum videatur esse redacta. Talis cer-
te ptissana merito maximè est flatulenta, & con-
coctu admodum difficilis.

Quod si Galenus sui temporis coquos reprehendit, in quo in nobisliū cenas ptissana parabatur, quanto minus nostri scient parare qui & nomen ipsum

I igno-

Apologia Miscelanea.

ignorat, paucosque inuenies medicos qui ipsos docere sciant.

Quarto sic arguitur, non ad hominum, sed ad brutorum potius etiam hordeum seminatur, unde fit ut non se ligantur grana ad sementem, & a conditionibus boni hordei longe absit, quia incuriosus ager nec eligit, nec preparat, nec natum a malis heruis illud emundat. Videmus enim grana sordida, rara leuia, rugosa, exigua, & si magna reperiuntur, ea sunt laxa mollia & nimis humida: & dum franguntur, puluisculus quidam instar calcis evolat, & fuscedo potius, quam albedo intrinsecus appetet, tenthri odoris, saporisque in iocundi; quantum enim ptissimae deest suavitatis, tantum etiam bonitatis deficit, ergo illam non debemus exhibere.

Quinto & ultimo: demus quod bonus coquus & optimum reperiatur hordeum, tanto tempore ager, si bene conquoqui debet, ut cibandi hora quae praeceps est in accutis plerumque transeat, antea quam parata sit: ergo si insueta, si in voluptuosa, si inuento optimo hordeo coqui non inueniuntur qui sciant parare, & si sciant, tempus eam pro agrotis parandi, desit: errant potius qui plerumque quam qui nūquam eam agrotis dant, cum alijs suppetant cibi facile parabiles, nec adeò in voluptuosi qui melius nutritre valeant, quam ptissima.

*Citato lo-
co.*

Validissima esse haec argumenta posita creditidit Manardus quibus suam paradoxam confirmat. Quem hac in parte miror potius quam laudo, cum consulto ita crassam minerua, atque peruerso iuditio

ditio a laudatissimæ ptissanæ vflu, quō nihil laudabilius, & experimento ita confirmatum excogitari potest, nos deterret. Sed nobis adeo vacua & umbratilia videntur, vt solutione indigna merito arbitraremur. Verum cum aliquibus ingeniolis poterat esse scandalum & ne dum charibdim fugimus, in scillam atrocem incidamus, cōtēnētes illa, proinde eadē infirmare modo non grauabimur; supponendo primum, optimum esse hordeum debere, quod nihil astititię putredinis, aut super vacuę humiditatis, aut straneę qualitatis obtineat, sitque plenū & non nimium r̄escens nec vetustum. Quod enim r̄escens est, superflua humiditate redundat, & madore & flatibus distentum est; quod vero vetustum, tempore exolescens, tandem imbecillum euadit proprijs viribus destitutum.

Secundo suppono. quod iam his conditionibus repertum, debet qui eo vtatur, optima ratione con quoquere sicut ars docet in optimia aqua maceratū satis, spatio vnius diei ac noctis, quamuis aliud citius, aliud tardius madescit ac mollitur. Vbi iam mollium est, cortex promptè abrumpitur: teritur enim in mortario, deinde panno aliquo aspero perfricatur ut possit a cortice purgari, & aristis depositis, & tenuibus membranis pro posse de glubitis: Siquid autem ex eis relinquatur, ptissana non redetur deterior, sed maiore vim habebit detergedi. Sic ergo parato secundum Galeni artificiosam menem ad coctionem deueniendum est.

1. *Supposi*
tum.2. *Supposi*
tum.1. de alimē
to. facul. 9.

Apologia Miscelanea.

Pro qua suppono tertio, varias reperiri, senten-
tias circa hordei quantitatem & aquam, quas om-
nes videbit quisque in doctissimo Augenio; sed me-
lior inter omnes magisque communis & recepta se-
quens est. Eligitur aqua optima, illa autem optima
5. Aphr. 26 censemur; Quæ leuissima est, cito incalescit & cito
refrigeratur, nullius rei saporem, odorem, calorem
præferens, sed purissima & omnis mixturæ ex-
pers; coniicitur in olla ubi sint viginti partes aquæ,
una hordei, deinde ad ignem validum admouetur
olla, dum hordeum amplissimè intumescat, tunc de-
inde lento igne bullit donec perfecte hordeum cō-
quoquatur, ac ferè totum transeat in tremore. Hæc
Lib. de ptif- coctio sic a Galeno ministratur; Primum quidem
sana, cap. 4. multum ebulliat, postea vero molli igne, quo vñ-
que in tremorem vertatur. Vbi sic cocta ptissana
est, vel datur tota, vel solus tremor ex ea percola-
2. accuto. 19. tus, & utraque enim ptissana veteres vtebantur &
integra & percolata, ut ex Hippocrate colligere li-
cet; vbi autem iam est tempus comedendi sale pau-
1. de alimen- co conditatur; subædendi tempus salem tenuem in-
to. faculta. 9 ijcere opportet, si enim cum tota ptissana crassos hu-
mores extenuare vellis aliquid piperis adiicies, aut
Hysopus, mel autem vbi opus est, aut thoracem, aut
pulmonem expurgare. Ptissana autem ipsa, inquit
Galenus, per se nihil absterget vt Hysopo non mag-
nopere egeat, si quando tamen ipsius vim in auge-

re vellis, piperis aliquid ei permiscuisse sufficeret. Iniecit Garrit: mel vero ptissanæ immiscere non est opus, nisi len. etiam per in cura-
si quis ea quæ thorace, aut pulmonibus continen-
tur studeat spectorare. næ mæ.

Vfus est alter ptissanæ collatae, vbi perfecte
cocta est percollatur, ita ut tantum tremor acci-
piatur similiter conditus sale, pipere hysopo, aut
melle, secundum variarum indicationum inten-
tionem.

Paratur etiam, sed male a nonnullis medicis
nunc, tremor ptissanæ sic. Conquoqnt hordeum
cum cortice, aut sine ea, & semi coctum contun-
dunt donec exprimatur succus, quem percola-
tum diluunt in iusculo, cui adiiciunt medulam pa-
nis, amigdalas dulces, semina cucumerum, aut
peponum: hoc esculentum non est tremor ptissi-
fanæ, sed mixtum quoddam quod ægre conquo-
quitur & inflatur, qua de causa iesta consilij nos-
tri rationem, perfectam ptissanam secundum ar-
tem coctam, aut eius tremorem vellem ut medi-
ci ministrasset; si autem aliter fiat ab eius exhibi-
tione melius fuisset desistere, non secus quam a
tremore ptissanæ quem Galenus damnauit.

Talis certe præparatio merito maximè est fla-
tulenta, & coctu admodum difficilis. Quæ vero
sit recta ratio parandi tremorem, satis iam expo-
suimus, sed inter collatam seu tremorem, & inte-

Mala præ-
paratio ptis-
sanæ.

I. de alimen-
tor facul. 9.

Apologia Miscelanea.

gram hoc interest, quod integra magis alit, ita ut
ad mediocrem vietum pertineat, collata autem
minus, ita ut ad tenuem spectet.

C O N C L V S I O .

His ergo iam suppositis sequitur sequens cō-
clusio.

Ptissana optime sic parata cū
conditionibus supra dictis, si
ue eius tremor optima est in
accutis morbis & stuosis, v-
tilissimaque, ut medicamen-
tum & alimentum cæteris ali-
mentis & medicamentis ante-
ponenda.

Et non solum ijs quæ fiunt ex frumentis, sed ab-
solutè omnibus, solaque creditur vitio vacare, si-
ue ad morbos curandos, siue ad bonam valetudi-
nem conseruādam, habet enim teste Hippocrate:

i. accut.
tex. 29. *Lentorem lœnem, continuum mittem ac mini-
mè glutinosum, nam præter reliquas ptissanæ fa-
cultates lubricitas eius ne ordeum cum deuore-*

tur

tur noxam inferat efficit, nec enim adhæret, nec
in recto thoracis manet tramite. Habet etiam
vim detergentem & emplasticam & nullam astric-
tionem habere declarat gustus, refrigerat made-
facit ac humorum acrimoniam temperat. Lentor
eius leuis & continuus & blandus est, lubricus
& humidus moderate, sitimque arcet, nec tor-
mina gimnit, nec in ventriculo exturgescit, si-
quidem inter coquendum intumuit quantum plu-
rimum intumescere poterat, quare in omnibus
morbis accutis, ut alimentum cæteris edulijs an-
teponitur, & ut medicamentum nemini est secun-
dum. Quæcumque etenim ad accitorum morbo-
rum sanationem insunt bona nulli alteri esse
comperies, recte autem iudicabis si & accitorum
morborum naturam, & vires ptissimæ cognoue-
ris, natura igitur accitorum morborum, ut ho-
rum febres omnino sint continuae, febris verò or-
tus caloris nativus ad igneum est conuersio. Et po-
stea: Si igitur contraria contrariorum sanè fe-
bris, peculiare remedium ut virtute, tum refri-
gerante, tum humectante sit opportet. Ex quibus
Galenus deducit argumentum evidens, quod nul-
lum medicamentum magis quam ptissima conue-
niat, ut potè quæ habeat omnes quas potest habe-

Gale. lib. de
aliment. fa-
cilitat. 9.

Hippocr. I.
accu. tex. 33

Lib. de ptis-
sana, cap. 5:

Apologia Miscelanea.

re ut medicamentum & alimentum excellentias,
virtutes & proprietates aduersus quemlibet ex
1. accut. 29. accutis morbis. Vide curiosè totum caput 5. in li.
2. accut. 19. de p̄fissana, lege Hippocrat. in 1. & 2. & 3. libro ac
3. accuto. 6. citorum, lege Arabes, Græcos & Latinos anti-
quos & iuniores, præter Manardum, qui verita-
tis dilectione flagarunt, Consule Hispalenses me-
dicos insignes, qui procul dubio omnes meā sen-
tentiam amplectantur & confirmant. Quod si mul-
tum impar illis in eruditione sim, non prohibet
non quantum illos amare veritatem. Interroga
Doctorem Ioannem de Luna, cuius candorem,
& in medicina eminentiam non satis pro suis me-
ritis laudare potero, & quamvis pauci qui verita-
tem oderunt me accusent; ego virtutem illius sus-
picio, diligētiā admiror, vtilitatem suarum sen-
tentiarum & curationum amplector. Ipse pro ve-
ritate Galenum & Hippocratem multitudine sua
rum exercitationum hac nostra ætate, quæ adeò
liuori est obnoxia, ausus est explicare & declara-
re. Procul enim dubio suæ opis ægemos: quam-
uis non desint scoli quidam qui cum medicinam
vix a limine inspexerint, audent contra ipsum in
uehi, falsa eruditionis opinione & depravata iac-
tantia intumescentes. Longè vero ab ijs Doctor
Ildefonsus Nuñez candidus & comp̄tus iniuit
disputationes cum ipso. Cui mirum? Doctus cum
docto disputat, cōmuni litterarum iure hæc sunt
communia; contra scribere, & apologetias in lucē
ædere,

ædere, scripserunt ambo, in nullo culpam, in
utroque laudem & gloriam suorum operum in-
uenio; uterque docet, uterque medicinæ ab-
condita eruit, uterque fruatur victoria littera-
rij certaminis. Et si qui certamina inter eos de
communibus studijs exorta parum benignè in-
terprætantur, malè agunt, at enim quod ego sæ-
piissimè sum testatus, non video quod impedit
quo minus desidere inter viros candidatos de
litteris, saluo tamen amicitia iure potuerit. Cæ-
terum contracta hæc opinio est quorundam im-
modestia, qui lædi se capitaliter ab alijs existi-
mant, qui dictum scriptumque ipsorum de levis-
simis etiam rebus confutauerint. Certamen in-
ter doctos eiusmodi esse semper mihi videtur,
vt nec unus vinci turpiter ab altero, nec contra
vincere nisi magna cum gloria vtriusque pos-
sit, sino ista vt ad propositum reuertar.

Ex dictis colliges quantum errauerit Manar-
dus, alijs clarissimi nominis vir, qui a ptißanæ
vissu abstinet, cuius opinionem te deinceps non
sequutur, & nostram suscepturnum spero, qui

ad omnia bona medicinæ officia mag-

nis passibus ire con-

sueuisti.

(?)

Et quod si tuus modus invenies, ut

ab omnibus dignis officiis diligenter, responsum

euimus.

L

R E S .

RESPONSIO

A R G V M E N-

torum.

SVper est modo ad argumenta responsionem parare, quia non sufficit veritatem alicuius dogmatis stabilire, nisi quoque ea quæ sunt contraria fundamenta diruamus. Ad primum, quod ex insuetudine probat non conuenire respondendum est, quod etiam si insuetum alimentum sit, non ob hanc causam probare quo minus non exhibeat, multa enim dantur alimenta quorum in sanitate nullus erat usus, multa etiam medicamenta asumuntur morbi tempore quæ in bona valetudine, nec sonniarunt degustare, quis enim sanus oximelite alijsque syrups nauseam inferentibus usus, quis carnes contusas pro cibo, sanitatis tempore admittit. Si autem dicas argros multa assumere propter medicamentum, non enim propter alimentum; sufficiet quod pro medicamento sumatur. Præterquam quod p̄tissima ut alimentum nutrit ut medicamentum detergit ablit attēperat, ac alias dictas supra commodi-

tates exhibet. Ingenuus fateor quantum possibili-
le sit seruandam esse alimentorum consuetudi-
nem, & insuetis præferendam esse, dum modo
æqualis utilitas amborum sit; at si non sit æqua-
lis, illi præcipue erit incumbendum a quo com-
modum maius expectatur; quare cum nullum
sit medicamentum, nec alimentum, quod maio-
res in se habeat virtutes & commoda quam pti-
fana, omnibus & si insucta anteponenda erit.

Secundum quod probat propter in suauita-
tem esse denegandum respondeo, magnam vim
facere medicamenti, aut alimenti insuavitatem
ingentem, ad denegandum illud, quia ventricu-
lus laeditur appetitus prosternitur, quod malum
non leue est in morbis, tam accutis quam croni-
cis. Cæterum ptifana gustui præstat magnam,
iocunditatem. Hæc præter alias sui dotes gus-
tum, suauitatem, ac iocunditatem delectat: idque
potissimum ægrotantibus præstat, & licet pa-
nis virtute reliquis cibarijs antecellat, tamen
multam ipse etiam habet in suauitatem, quod
quamvis in aqua sit maceratus, dentibus nibi-
lominus a nobis sit conficiendus. Ptifana au-
tem reliquis superior existit, quod nullam dum
manditur parit insuavitatem. Hæc Galenus,
& Manardi admiratur Augenius, eo quod dixe-
rit

Galen.lib.
de ptifan:
c.5.in me:

Apologia Miscelanea.

rit non esse iocundam, sed insuauem, siquidem
inter cibos olim concessione omnium laudatis-
Galen. su- simos, ptisana iure referebatur & indiuitum
pracitato. mensas pro delitijs: *Aceto porrò oleo, sale &*
aneto parabatur. Et adeò eius usus inualnit ut
integros liberos ei dicauerint antiqui, quod non
fecissent si fuisset iniocunda, nec sic ab omni-
bus laudaretur. Cæterum si paretur admodum
quo solebant olim coqui parare, quos valide
repræhendit Galenus, sic ingrata est & nauße
abunda: verum si artificiose coquatur, eo modo
quo dictum a nobis supra est, mirifice prodest,
nam & probe alit, facile coquitur, sitim leuat
aluum leniter humectat, unde fit ut membris
omnibus citò difūdatur, stomacho & intestinis
statim esuens, vbi si incidentes humores ihue-
nerit, facile expellit, limosa interiora mundificat,
nullum rancorem infirmis generat, nec in-
flat, nec ventositatem ullam causat: omniaque
prope modum alia, siue tanquam alimentum, si-
ue ut medicamentum excedit.

Scio tamen si insuavis nimis fortasse fuisset
alicui, eum nauseabundum fieri post sorbitio-
nem, vel in eius ventriculo acescere posse. Hunc
autem ab ipsa abstinere consulo, & illam non
admitto, cum id non mederi sit, sed occidere.
Hoc tamen nostram non infringit opinionem,
quæ

quæ solum de illis ægrotis loquitur, quibus nimis iniocunda non est; (erunt autem per pauci) atque ita ferendi non sunt qui (hoc hipotesi cōcesso, quod paucis sit insuavis) nullis ægris exhibent, cum opportet, & affectus & occasio expostulat. Tum, vel maximè cum fere omnes delectatione suscipiant eam, ut experientia confirmat.

Ad tertium, & quartum patet responsio ex eis suppositis quæ supra statuimus circa conditiones p̄fissanæ seruandas, illis namque seruatis nullum obstat impedimentum.

Ad quintum, quod probat in conficienda p̄fana occasionem cibandi in accutis præterire, facile respondetur, quod non obstat, quod prima die non exhibeat, etiam si cōueniat, cum multum temporis in decoctione consumatur, sed ad secundum & tertium diem poterit medicus paratam habere, & ad alios dies subsequentes conseruare, cum ex quacumque perfecte facta & secūdum artem librę quatuor, at minus tres, post decoctionem remaneant, cuius quantitatis quam conuenerit singulis diebus diebus parbit, & sic occasio cibandi ordine seruato non præteribit.

Hæc sunt mi Doctor, quæ tecum Hispali die bus præteritis ante meum discessum disputavi, & quæ scribere tibi promissi. Ecce iam fidem

M


pro,

Apologia Miscelanea.

missam exoluo, quanto tardius, tanto cum fænore majori pro mei ingenij imbecilitate conatus sum istas quas legisti, opiniones confutare circa serum lactis & ptissanam, quæ apud te vigerent intellexi, & exemplis & rationibus & doctissimorum medicorum authoritatibus nostrâ confirmare. Si intellexero te nondum tuam sententiam deposuisse & alias rationes postulaueris, libenter votis tuis satisfaciam, interim quæ ut amicus scripsi occulae poteris, alioqui simplici & exposito, (qui noster est mos) stilo perscripta,

V A L E.

(?)



Errata Apologiae sic corriguntur.

Folio. 5. pagina. 1. linea. 19. *seminimum, di-*
ga, seminum; f. 11. p. 1. l. 14. *expertem, d. ex-*
pers; & p. 2. l. 18. *conitgisse, d. contigisse;* f. 12.
p. 1. l. vlt. homines, d. hominis; & p. 2. l. 3. *desi-*
catur, d. deficiatur; & l. 22. *vebra, d. verba;* f.
13. p. 2. l. 3. quia, d. qui.

Errata Appendicis sic corriguntur.

Fol. 23. p. 1. l. *vlt. vellis, d. velis;* f. 24. p. 2.
 l. 8. *ora, d. hora;* f. 26. p. 1. *in margine, 1. Apho.*
d. 2. Aphor. f. 27. p. 1. *in margine, in ammona-*
tionibus, d. in annotationibus; & l. 6. *propina-*
te, d. propinare.

1. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *libri* *tres*
2. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *libri* *tres*
3. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *libri* *tres*

Contra *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *libri* *tres*

4. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *libri* *tres*
5. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *libri* *tres*
6. *Contra* *adversarios* *de* *rebus* *christianis* *libri* *tres*



APPENDIX CIRCA TEMPUS exhibendi ptissanam.

Vperioribus consequens est,
 ut antequam nostræ disputa-
 tionis de ptissana vella con-
 trahamus, & ut receptui ca-
 namus, totque vexata flueti-
 bus nostræ tractationis nau-
 cula optatum portum, quem
 iam velut umbram non procul aspicio, consequa-
 tur: aliqua de tempore exhibitioni opportuna, dica-
 mus. Progrediamur ulterius & nouam hanc dubi-
 tatiunculam nostra hac ciuitate surrectam ne in
 profundum præcipitemus, certe enim nec priscis
 temporibus, nec nostro seculo ullus medicorū hoc
 in disputationem protraxit, Deus mentem guber-
 net.

Et fauca vellis aurea secunda meis.

N

Ta

APPENDIX.

Ya yo auia acabado mi intento , que era , auerigar si se auia de vsar el ordiate en enfermedades agudas , y aun en las que no lo son : pero algunos amigos doctos , a qüien comuniqüe este trabajo , me dixerón , que tratasse del tiempo en que conuenia darse , porque esso se auia dificultado en algunas consultas . Queriendo pues , dar a imprimir estos papeles , me detuue por hazer primero este appendix breve , y no inculcallo con la obra acabada .

*Hippocratis & Galeni , obseruationes huma-
num captum supperare videntur cum nonnulla po-
steritati litteris firmata reliquerint , quæ ita esse po-
tius eiusdem obseruationibus certiores facti , creda-
mus , quam causas eorum agnoscamus exactè , huius
generis illud est , quod cum ptissimæ vires & facul-
tates ita laudet sicut in superioribus vidimus ; qui-
busdam locis exhibit a principio in finem , quibus-
dam non nisi in declinatione dandam consulat qui-
busdam detrahit morbis accutis , quibusdam vero
semper conuenire affuerent , Sanè ne ullum quidē*

*Lib. de ptis (ait Galenus) alterum datur inuentu , quod sive ut
fana 4. medicamentum seu tanquam nutrimentum exhi-
beatur , quod horum amborum compos sit , præter
ptissimam : incisionis , videlicet & humectationis .
Præterea in commentario primi libri de ratione*

victus

Victus Hippocrates dicebat, febribus ardentibus i. de ratio-
ptissanam esse accomodotissimam, incindit enim ne vici. 18.
ac detergit, cum hoc quod frigida sit & humida,
& Galenus ipse ibi: Quæcumque etenim ad accu-
torum morborum sanitatem in sunt bona, nulli alte-
ri esse comperies, recte autem iudicabis si & accuto
rum morborum naturam, & vires ptissanæ cognos-
ueris. Natura igitur accitorum morborum est, ut
horum febres omnino sint continuæ. Febris vero
ortus caloris nativi ad igneum est conuersio. Et pos-
tea si igitur contraria contrariorum sunt remedia,
sanè febris est peculiare remedium, ut virtute tum
refrigerante, tum humectante sit opportet id nam-
que febris naturæ quæ & calida & sicca est contra-
rium erit, talis siquidem naturæ est ignis. Præterea
cum febres, & ex humorum putredine oriuntur, nō
paruam diligentiam adhibere opportet, ut quid
quid ex ipsis conquoqui possit evacuetur, quod si
febriētibus ipsis ubi usus sit, qui hæc efficere queat
si etiam facile tum coquitur tum distribuitur, iam
omnia hæc quibus est opus habuerit, &c.

Quien huviere visto estas alabancas del ordia-
te, tantas veces repetidas assi de Hipocrates como
de Galeno, no juzgara que en algunos afeñtos agu-
ados lo quitay prohibe; antes dira, que en todas, y en
qualquiera tiempo conviene que se dé. Lea pues las
palabras siguientes, y vera las limitaciones que po-
ne,

A P E N D I X

Lib. de ptis ne, y le causaran dificultades grandes. Cæterum in
sana. 6.

morbis non temere est exhibenda, nam multis opus
est distinctionibus antequam porrigitur. Y luego.
Nec enim illis est administranda qui cum periculo
laborant, aut sanguinis missione, aut purgatione in-
digenit, &c. Passa adelante. Sed nec siccissimis mor-
bis illam conuenit exhibere: Y del tiempo en que
conuiene dize; Ea igitur ora sorbitioñi fuerit op-
portuna cum vniuersum corpus equaliter fuerit dis-
positum, aut nullius caloris, aut frigoris ratione in-
ter se corporis partes disentiant, quæ certè occasio
iam præsto nobis aderit, cum iam morbum videbi-
mus inclinare, in reliquis morbi temporibus ned
quaquani.

Difficilis admodum mihi hæc Galeni senten-
tia videretur si non inuenisse solutionem apud
ipsum Galenum 1. de ratione vietus sic afferente,
x. deratio- qui accutis laborant morbis alij quidem a cremore
ne viet. 19. solo, alij a ptissana, alij a horum neutro iuantur.

Y con lo siguiente se declara. Sed distinguam ego
demostraboque qui nam a ptissana iuantur, qui nā
a cremore solo, & qui neutro indigeat, tota igitur
ptissana vt debent ex accuto morbi laborantibus,
qui nec alio quo piam ante vtuntur remedio, quale,
vel per sectam venam, vel per ventris suductionem,
vel quod simile fieri solet. Cremore autem, qui ali-
quid, tum falacius, tum periculi magis particeps ha-
bent, quos vero, vel sanguinis missione, vel purga-
tione

tione vacuare expedit, vel etiam dolores sedare; his enim non ante, vel ptissanam, vel tremorem dabis, quam quidpiam eorum quæ dixi feceris. Vult qui-
dem Galenus, quod non detur tota ptissana acci-
morbo laborantibus si fuerint in periculi discrini-
ne ante quam præcesserit venæ sectionis, vel pur-
gationis, aut clisteris usus. Cæterum postquam hu-
mores fuerint vacuati & discrimen periculi, quod
minabatur fuerit sublatu, cōgruenter poteris ptis-
sanā propinare. Esto viene a ser en la declinaciō.

Conclu. 1.

Cum vniuersum corpus æqualiter dispositum fue-
rit, aut nullius, aut caloris, aut frigoris ratione inter
corporis partes disentiant, quæ certe occasio tum
præsto nobis adderit cum iam morbus videbimus
inclinare. De este mismo parecer es Massarias y Ve-
ga: y aunque dice arriba, que ningun Moderno tra-
ta esto, es tan poco lo que dizen, que Massarias es el
que mas dice, que son solo las palabras siguientes,
en las quales confunde la declinacion particular de
la accessiō, cō el tiēpo vniuersal de la enfermedad.

Scribit Galenus sextam horam ad ptissanam acci-
piendam accommodatam esse, cum totum corpus
æqualiter dispositum fuerit, ut nullius, aut caloris,
aut frigoris inter se corporis partes disentiāt, quod
non nulli interpretantur fieri in statu: quæ interpre-
tatio est non modo falsa, sed etiam vanissima, nam
Galenus se ipsum interpretatur, qui inquit huius-

Lib. de ptis-
sana. 6.Lib. 5. de
febrib. 14.

A P E N D I X.

modi tempus non aliud esse quam declinationem:
atque haec fuit scriptura Hippocratis qui scribit tempus accommodatum ad ptisanam accipiendo, cū caliditas ad pedes descenderit, quam partem expoenens Galenus docet esse declinationem, in qua triā missa caliditate ad partes externas & extremas, & thorax & omnes internae partes se habent moderatissimē. Y Vega dice muchomenos, pero mas claro:
Ptisana languidis conuenit in accutis morbis maxime cum inclinant.

Y ha se de aduertir, que Galeno no la quita en el principio, porq aumenta la chachochimia, como vñ Docto amigo ha dicho; pues antes entre sus alabancas dice: Humores vero iam semi putres con quoquit, & in bonum succum transmutat. Y en lo de bonitate succorum. Quotidie sumpta non impedit boni succi generationem in accutis morbis. Por lo que quiere y aconseja, que se hagan primero euacuaciones, y que se aguarde a la declinacion, es, porque en opinion suya y de Hipocrates, la ptisana es alimento que aumenta la plenitud y las fuerças, lo qual no se pretende en enfermedades agudas, sino conseruarlas aliquantulum refractas. Ponga mos vñ exemplo de lo que nos passa a nosotros: Quando vno tiene vna calentura ardiente, o otro afecto muy agudo, damosle de comer caldos, peros assados

Lib. de ptisana. 5.

assados o camuesas, almédradas y cosas de poquissimo sustento; y quitamosle que coma de la gallina, perdiz o carnero, no por malo en calidad, sino por que no conviene mantenimiento que aumente fuerças, y con ellas la enfermedad, impura corpora quā 1. Aphor. to magis nutries, tanto magis laedes. Que en semejantes casos, mantenimiento que aumenta fuerças, accidentalmente las quita, en quanto aumenta la causa de la misma enfermedad que las quita.
 Vixtus est inimicus virtuti quatenus est amicus inimico ipsius. Y esta es la razó porque Galeno aguarda a la declinació, porque tiene la ptissana por mucho mantenimiento, para poder usar del en los principios o aumento de enfermedades muy peligrosas y agudas; y dalo en la declinacion, como nosotros damos aora en la misma declinacion a comer del ave y del carnero, porque ya no ay enfermedad que pueda aumentar el mantenimiento pleno. Y así en enfermedades agudas, por ser materiales, conviene guardar esta doctrina.

En enfermedades immateriales, quales son las 2. Cōclusiō hecicas de primera, segunda o tercera especie, en qualquiera tiempo se puede usar de la ptissana. No me detengo en prouar esto, porque demas de que

A P E N D I X

que se colige de muchissimos lugares de Galeno y de Hipocrates, que siempre a los hecnicos la dan, de lo que acabamos de dezir en la conclusion passada se prueua, pues en los hecnicos no se pretende mas que templar, sea con medicamento, o con alimento, aunque sea sustancioso, como tenga las qualidades contrarias a la hectica: y ansi damos la leche y el farro y otros mantenimientos, aunque de gruesa sustancia, como tengan humedad y frialdad, opuestas a la sequedad y calor de semejantes calenturas inmateriales.

Falta toda via por responder, porque la quita in aridioribus morbis, siēdo la ptissana humidissima.
1.de ratio. Sitim adeo abigit, quod humida existit, magis etiā ne viet. 18. quam aqua sitim arcet. Esta dificultad se suelta con lo que el mismo Hipocrates dice y declara, quales tiene por enfermedades aridas y secas. Sunt vero morbi sicci pleuritis & pulmonia, ac in vniuersum, qui in pectore consistunt cum nullum sputum redatur.

Non omnem pleuritidem & pulmoniam vocat morbos secos, sed eos solum in quibus nihil spuitur in quibus potionis, quae Valentius quam ptissana ex creatum adiuuent sunt porrigendæ. Y ansi lo interpreta Lupeio, y Hipocrates lo insinuò.

Si

Si morbus siccior quam ut quispiam existimet fuc- Lupeius in
rit non multum dare opportet sorbitonis, sed ante annonatio-
sorbitonem, vel mulsam, vel vinum, &c. Qua par- nib. in libr.
te insinuauit in morbis siccis, non sufficere pissa- de pissa. Hippocr. i.
nam ad excretionem faciendam; sed necessum esse de ratione
alias efficaciores potiones propinate quæ maiorem victus. 22.
virtutem habeant peccus obleniendi, & simul cras
jam materiam attenuandi.

Con esto me parece que respondo en quanto en
mi es, a las dudas deste appendix, si a caso no satisfa-
zen, y se hallaren otras mejores razones, a quien
las hallare le suplico me las enseñe, que tan de bue-
nagana las aprendere, como escriuire lo que he a-
prendido: Discere sine pudore, docere sine inuidia, Di. Basili. in
& si quid ab alio doctum est non occultare, &c. ex acmeron
Etsi quos inter loquendum, vel disputandum erro-
res edidi (ita me Deus amet) veritate cognita eos
deponam si doctè & animo pacato me quispiam do-
ceat, sim vice versa impudicis scriptis maleuologis
animo contra scripsiterit: rescribam refrangamque
sua scripta modestia & candore.

Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere cartæ. Oratius.

Sed nec ferendi sunt illi qui nihil melius sapiunt,

P.

quam

A P E N D I X.

quam turpia scribere impura lurulenta & olida;
sint nimirum isti similes scarabeis qui pro ingenui-
tate naturæ suæ ex stercore bubulo aut a somno pe-
dibus auersis pilulas volutant. Scripta & argu-
menta hominis docti similia debent esse fluuiο qui
currendo crescit, quo magis procedit videtur venu-
stius dulcius & grandius, quod est inditium fortio-
ris ingenij. Fortioris inquam ingenij, quod exerci-
tio non flascit, sed laborando vires acquirit, ista
præcipientem me videre posset quispiam, quia ea
præcipio quæ non obseruo, sed respondet pro me
Oratius.


Oratius.

Fungor vici cotis, radere quæ ferrum facit
Expers ipsa secandi.

D I X I

S I N T H Æ C
omnia ad laudem Dei Optimi
maximi, Deiparæque Virginis
sine

lxx
sine originalis peccati concep-
tæ, & D. Petri & Pauli, utrius-
que Ioannis, Sanctique Tho-
mæ Aquinatis, quos a
teneris annis elexi
Patronos.



1800
1800

